



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Justina V. M. 13. Iulii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

13. Iulii. VITÆ SANCTORUM. 439  
rhæ genus? vos inquain, quibus pectus  
immite plusquam æs triplex asperat, ju-  
rati hominum & in homine D e i hostes,  
& quos hoc unum juvat, non solos peri-  
re. Judice precante, reo non ignoscitis  
rei? tantus è cruce Orator, tot ora vi-  
brans quot vulnera non persuadet? li-  
gnea movet se imago, vos duratis? an-  
nuit Christus, vos abnuitis? Ite, ite Sam-  
sones egregii, & tumulum hosti, sed unà  
vobis parate. Ex Surio.

Dum nos invicem odio habemus, ita mu-  
ros civitatis Hierusalem contra nos claudi-  
mus, ut nobis nullus aditus remaneat, per  
quem intrare possimus: nam qui charita-  
tem habere noluerit, quâ fronte ad Deum,  
qui charitas est, præsumit accedere? B. Cœ-  
far. hom. 4.

S. JUSTINA V. M. 13. Iulii.

**G**Emina Dorotheæ J u s t i n a est,  
consumili ferè morte & prodigio à  
morte consumili illustris. Parentibus or-  
ba cùm esset, forma tot hostes illi con-  
ciliavit, quot procos. At illa, ut cui in a-  
moribus solus Iesus erat, suam etiam  
Christianis Penelopen ostendit, & mor-  
tales procos facile cæteros elusit; cum  
Fabiano Præside plusculum fuit luctan-  
dum. Devorandæ enim alapæ, ferenda  
verbera, & cuberum carnificina. At qui hæc  
inter supplicia talem J u s t i n a vultum

E e 4                      præ

440 VITÆ SANCTORUM. 14. Iulii.  
præ se ferebat, ut inter paradisi amœnities, quas unas tunc loquebatur, obambulare sit visa. Et opportebat alteri Dorotheæ alterum etiam Theophilum esse. Zeno hic fuit è judicii subselliis primus. Is, cùm virgo ad supplicii locum ridens contenderet, rogavit fructus peregrinos sibi è Sponsi hortis transmitteret. Annuit capite truncanda J U S T I N A. Mox latus Zenonis pusio molliter pulsat, & donum à mortuâ virginis strophium missum exhibit. Tunc quoque risit, cùm strophium acciperet, qui horti munera sperabat. Sed nesciebat ille sub strophio fructus latere. Hoc enim dum frontem ridens tergit, ecce omnem animo superstitutionem abstergit, Christum & se Christianum tam diu clamat, dum lingua è faucibus exsecaretur. Caput demum pro Christo ponit, &, quod alii tam grave putant, cælum ridendo mere-  
tur. Ex Ferrar.

Quonsque hic erimus affixi? adhæsimus  
terræ tanquam vermes; in cæno volutamur:  
corpus de terrâ nobis Deus contulit, ut ip-  
sum in cælum retrahamus; non ut animam  
per ipsum ad terram detrahamus. S. Chrys.  
hom. 55. ad pop. Ant.

S. HENRICUS IMP. 14. Iulii.

G Emmam Romanæ Coronæ unicam  
hic exhibeo H E N R I C U M, genuere  
Bo-